LIBRARY OF THE UNIVERSITY OF ILLINOIS

Zu der

öffentlichen Prüfung

der

Zöglinge

des

Berlinischen Gymnasiums

zum grauen Kloster,

welche

Sonnabend den 8. April 1843, Vormittags von 8 bis 12 Uhr mit den oberen Klassen

von

Unter-Tertia bis Prima,

und

Nachmittags von 2½ bis 6 Uhr mit den unteren Klassen

von

Sexta bis Ober-Quarta

im

grofsen Hörsaale veranstaltet werden soll,

ladet

die hohen und höchsten Behörden

so wie

alle Gönner und Freunde des Schulwesens

ehrerbietigst ein

der Director

Dr. August Ferdinand Ribbeck,

Doctor der Theologie, Ritter des rothen Adler-Ordens vierter Klasse.

Inhalt: 1) Abhandlung des Oberlehrers Liebetreu: Specimen Onomastici Romani. —
2) Schulnachrichten vom Director.

Berlin, 1843.

Gedruckt in der Nauk'schen Buchdruckerei.

Onomastici Romani

Specimen

ed.

C. F. Liebetreu.

Compluribus abhinc annis apparanti mihi atque adornanti editionem Lexici Sallustiani absolutissimam, id erat negotii sustinendum ut, ne qua pars in eo opere desideraretur, accuratius circumspectiusque inquirerem de auctore duarum ad Caesarem epistolarum, quae Sallustii nomine feruntur. Quo in genere quae mihi videbar effecisse, ea Lexici Sallustiani specimine aucta anno 1840, quo munus mihi fuit mandatum praefandi scholarum indici, publici juris eram facturus, quum subito me morbus gravissimus corripuit et de consilio illo deiecit. Officio tum meo functus est Bellermannus, Vir Doctissimus, collega amicissimus, eaque re factum est ut docta ejus elegantique de Graeca musica disputatione aliquanto prius quam ipse voluit uti nobis fruique licuerit. Postquam ex morbo illo convalui, ne opus intermissum repeterem, literae quaedam me prohibuerunt, quibus compereram, Kritzium clarissimum Sallusii editorem, quo ego quidem nec ab ingenio neque a copiis criticis quemquam arbitror esse in hac re paratiorem, fragmenta quoque historica et si qua alia eidem scriptori tribuuntur, proximo tempore esse editurum.

Itaque omne otium meum omnemque operam ad aliam conferre partem literarum constitueram, in quam studiorum ratio deduxerat de dubio illo auctore quaerentem. Egregium enim Drumanni librum „Geschichte Rom's in seinem Uebergange von der republicanischen zur monarchischen Verfassung, oder Pompeius, Caesar, Cicero und ihre Zeitgenossen; nach Geschlechtern. Königsb. 1834 sq. diligentius perscrutanti facile apparuerat, pleniorem aliquem et non solum historicis sed omnibus omnino qui rebus Romanorum antiquis operam darent, aptum commodumque recensum universarum Gentium Romanarum adhuc desiderari. Nam in iis quidem libris, quos ad hoc tempus edidit Drumannus, novem tantum et viginti sunt gentes illustratae, Rupertus vero satis levi opera defunctus non multum excessit numerum octogenarium, quum priora novem saecula jam numero septingentas vere Romanas nobis praestent. Quamobrem quum in legendis rerum Romanarum scriptoribus ampliore aliqua Gentium notitia aegre careamus, non inutilem fore operam sperabam, si, quae illi Viri Docti in hoc genere aut inchoarunt, aut leviter attigerunt, proprio quodam consilio partim augere partim emendare conatus fuissem. Cuius rei

hanc inire rationem instituueram. Primum enim omnium Romanorum, qui aut apud ipsos scriptores aut in numis aut in inscriptionibus occurrunt, nomina colligenda ordineque disponenda atque gentium stemmata concinnanda censui, deinde singulos quosque, quoad fieri possit, brevioribus vitarum descriptionibus ornandos, additis scriptorum locis, numis, inscriptionibus, in quibus commemorantur illi, Drumannum — quatenus licitum fuerit per consilii diversitatem — secutus auctorem; denique toti huic operi singularem aliquam de gentibus Romanis disputationem praemittendam esse existimavi.

In hoc negotio laborum pleniore quam feraciore laudis non diffiteor cum alias multas tum hanc praecipue fuisse difficultatem superandam, quod, quum omnino non raro sed serioribus quibusque temporibus saepissime, omisso nomine gentili cognomina tantum vel agnomina dici consuerint, multis locis incertum haereat judicium, ad quem potissimum hominem, vel ad quam gentem illa pertineant. Quae difficultas eo etiam augetur, quod in cognominibus frequentius variat scriptura, quam in gentilibus.

Jam oblata hac disseren dinecessitate circumspicienti, quam potissimum rem mihi sumerem pertractandam, non alienum ab huius loci consilio visum est ex iis copiis, quas bienni fere labore in unum congessi in justamque opusculi formam redigere instituueram, speciminis loco proponere

Particulam onomastici cognominum,

quibus quum necessario addenda sint gentilicia, eodem opere praestabuntur omnes gentes Romanae. Propter angustos huius scriptionis fines omittenda fuerunt nomina mulierum atque servorum omnia eaque libertorum, qui gentilicio caruerint nomine. Totum autem temporis spatium, ex quo hanc nominum collectionem confeci, anno u. c. nongentesimo finiendum esse existimavi, ita quidem ut ex Fastis, numis, libris nil reciperem, quod hoc superet, ex inscriptionibus tamen omnia, quae certis argumentis nequeant ultra nongentesimum urbis annum proferri.

Abascantianus. 1. Ti. Claudius. 2. L. Julius.
Abascantio. 3. Sex. Pompeius.
Abascantius. 4. Ti. Claudius. 4a. T. Terentius.
Abascantus. 5. L. Accoleius. 6. C. Acilius. 7. P. Aelius. 8. Aemilii. 9. L. Afinius. 10. Ancharius. 11. L. Annius. 12. L. Aponius. 13. C. Appius.

---

1. Grut. (Inscriptiones antiq. totius orb. Rom. in absol. corpus redact. a I. Grutero, denuo cura I. G. Graevii, Amstel. 1707) pag. 676, 3. Romae in arula marmorea (quo quaeque loco inscriptio sit inventa, ubi fieri poterit, indicabo ad facilius intelligendam hominis patriam etc. Multis enim in locis, in sepulcralibus praecipue monumentis, in solo erit nomine acquiescendum): *Ti. Claudius Ab., filius T. Flavii Abascanti et Claudiae Stratiae.* — *Claudia* gens perantiqua invenitur in Fastis, inscr. (cf. Apianus, Gruterus, Reinesius, Muratorius, Marini, Orellius), numis (cf. Goltzii Fast. et Jul. Caesar, Ursini et Patini famil. Rom., Vaillantii Numism. Rom., Morellii Thesaur., Eckhelii doctr. numor. vet.) et apud scriptores. Cf. Drumann II.; Henop de lingua Sabina pag. 51. — *Clodii* huic genti adnumerandi, scriptura solum diversi. De legibus tam Claud. quam Clod. cf. Orellii Onomastici Tulliani partem II.
2. Mur. (Nov. Thesaur. vet. Inscript. collectore L. A. Muratorio. Mediolani 1739 sq.) pag. 1261, 11. Romae: *L. Julius Abascantianus.* — *Julia* g. (cf. Drum. III.) vetustissima in Fast, num.. inscr., libris. — Juliae legg.: Orell. On. pag. 186 sq. et K. W. Göttling's Gesch. d. röm Staatsverf. Halle 1840. pag. 413 sq.
3. Mur. 1390, 10. Praeneste. — *Pompeia* g. (Drum. IV.) in Fast., num., inscr., libris. Leges Pompeiae: Orell. On. 244 sq. Göttl. 453 sq.
4. Marini (Atti e monumenti de' fratelli Arvali, in Roma 1795): pag. 223: *Ti. Claud. Ab.* 143 *p. Chr.*
4. a. Grut. 996, 11. Viennae Allobrog.: *libertus.* — *Terentia* (ubique t.) g. in Fast., num., inscr., libris. cf. Varro ap. Macr. II. 14. Lex Cassia et Terentia: Orell. On. p. 149.
5. Grut. 240, 3: Inscr. ad arcum Septimii Romae effossa: *L. Acculeius Ab., inter* 800 *tribules tribus succussanæ (= Suburanæ, ex* 4 *trib. urbanis), qui* 70 *p. Ch. in statuam Vespasiano ponendam contulere.* — *Accoleia* g. in inscr. et uno tantum numo apud Eckhel. V.
6. Grut. ibidem. — *Acilia* g. in Fast., num., inscr. (Acil., rarius Acillius), libris. Legg. Aciliae: Göttl. p. 457 sq.
7. Orell. (Inscr. Lat. ampliss. collect. ed. J. C. Orellius. Turici 1828) 4405. Neapoli: *pater Aelii Rufini militis,* ut videtur, *classis Pr(œtoriæ) Mis(enensis),* de qua videsis Sueton. Octav. 49. — *Aelia* g. in Fast. (Ailius), in num. et inscr. (Ael. et All.) et apud scriptores. Legg. Aeliae: Orell. On. cf. Göttl.
8. e. g. Mur. 1516, 4. Rom.: *D. Aemil. Ab.* — *Aemilia* g. in Fast. (Aimil.) num. et inscr. (Aimil. et Aemil.), libb. (Aemil.). Cf. Drum. I. Henop. 51. Göttl. 66. Legg. Aemiliae: Orell. On.
9. Grut. 692, 9. Rom. — *Afinia* g. in num. (Eckh. VII. 370) et inscr.
10. Mur. 1393, 14. Pisauri. — *Ancharia* g. in inscr. et libris.
11. Mur. 1296, 4. Rom. — *Annia* g. in Fast, num., inscr., libris, ubique geminata n script. Drum. I.
12. Orell. 2682. Rom: *puer trimus a suis issulus et delicium vocatus.* — *Aponia* g. in inscr. et apud script. (Apon., interdum Appon.); Tac. Apinium Tironem exhibet, f. pro Aponio, quum etiam Aponium Saturninum nominet.
13. Grut. 179, 6. Rom.: *inter magistros fontis* 131 *p. Chr.* — *Appia* g. in multis inscr., Orell. Apium quoque habet. Appius enim non solum praenomen est, sed etiam n. gentilicium, id quod

14. Arrii. 15. Arterius. 16. M. Atius. 17. Aurelius. 18. Baebius. 19. L. Barbius. 20. Birrius. 21. M. Burrius. 22. Calpurnii. 23. L. Casperius. 24. Ti. Claudii. 25. M. Clodius. 26. M. Coelius. 27. Cornelii. 28. L. Curtius. 29. L. Decrius. 30. Domitii. 31. Flavii. 32. Q. Fonteius. 33. C. Gallonius. 34. M. Gellius.

---

dubitari nequit, quum nomini Appio persaepe notae praenominum C. Cn. D. L. P. Q. Sex. praepositae legantur. Apud scriptores tamen Appius ubique fere praen. esse videtur.

14. e. c. Orell. 4355. Grut. 932, 8. Rom.: *Cn. Arrius.* — *Arria* g. in num. (Arrius), inscr. et libb. (Arrius et Arius).

15. Mur. 1573. Rom.: *libertus.* — *Artorii* in inscr. et libris.

16. Mur. 1437, 4. Rom.: *M. Attius.* — *Atia* g. in num. (Atius et *Αττιος*), inscr. et libb. (Atius, Attius). Actios in inscr. et ipsos huic genti adscribo, Accios tamen ubique ab Atiis s. Attiis et Actiis discernam. cf. Henop. 51. Orell. Onom. Tull. II. p. 81. cf. infra n. 124 — Lex Atia: Göttl. p. 477.

17. Mur. 993, 1. Florentiae: *Aug(usti) L(ibertus).* — *Aurelia* g. in Fast., num., inscr., libris cf. Göttl. 66. Henop. 51. Legg. Aureliae: Orell. On., Göttl.

18. Mur. 1644, 7. Rom. — *Baebia* g. in Fast., num., inscr., libris. In marmore Veronensi apud Orell. 3255 Baibia Procula. Lex Baebia: Orell. On.

19. Mur. 1313, 11 Aquileiae. — *Barbii* in Tac., Suida, inscr.

20. Mur. 1314, 3 in agro Brixiano: *Birrius P(ublii) L(ibertus).* — *Birrios* Grut. alios tres, Mur. quatuor referunt et ab Horat. Flacco Birrius latro nominatur.

21. Mur. 1524, 1. Rom. — *Burrii* solum apud Mur. 8 inveniuntur. Burrius a sequioribus scriptum videtur pro Birrio. Cf. praeterea Burios (apud Tac.) et Burrienos inde derivatos.

22. cf. Mur. 1317, 12. Florentiae. Alius apud Th. Reinesium (Syntagma Inscr. antiqq. Lips. 1682.) p. 707, 30. *Calpurnia* g. in Fast., num., inscr., libb. Cf. Drumann II. Henop. 51. Legg. Calpurniae: Orell. On., Göttl.

23. Grut. 660, 7. Albani in Latio. *Casperii* in inscr. (7 Grut. et 3 Mur. nobis praestant) et apud Tacitum et qui eum sequuntur.

24. cf. Grut. 588, 2. Rom.: *Ti. Claudius Aug. L. a rationibus,* cujus uxor Claudia Epicharis et hic memoratur et a Tacito Ann. 15, 57.

25. Grut. 241, 5. cf. eand. inscr. supra n. 5 et de Clodiis n. 1.

26. Orell. 4510. Grut. 866, 13. Vermiglioli. — *Coelia* g. in num. (Coil. Coel., et 1 Caelius in numo Uticensi apud Eckh.; Patin. p. 310 Morell. I. p. 479. etiam L. Rustium Celium Cordum IIv.) habent, in inscr. et ap. scriptores (Coelius, Caelius). In Fastorum marmore temporis injuria Coelios exstinxit. Lex Coelia: Orell. On., Göttl.

27. e. c. Mur. 1156, 4. Florentiae: *L. Cornelius.* — *Cornelia* g. (cf. Drum. II. Henop. 51.) in Fast. num., inscr., libris. Legg. Corneliae: Orell. On., Göttl.

28. Orell. 1541 Romae: *L. Curtius* 149 *p. Chr.* — *Curtia* g. in num., inscr. et libris (cf. Göttl. p. 66. Henop. p. 51.) In Fast. Curtii obliterati.

29. Grut. 241, 1. v. supra 5. — Ex *Decriis* hunc, praeterea M. Decrium A. L. Fuscum apud Mur. 1718, 10 et Decrium inveni, quem Tac. A. 3, 20 manu impigrum vocat.

30. e. g. Grut. 630, 9. Rom.: *lictor curiatus, fusor ollarius.* — *Domitia* g. (cf. Drum. III.) in Fast., num. (Dom. Domi. Domit. Domitius et Patin. p. 312 *DOME.*, ut Orell. Inscr. 2692 Dometia), libris. Lex Domitia: Orell. On., Göttl.

31. e. c. Mur. 900, 9. extra Romam: *Aug. L. a cognitionibus.* Cf. Pitisci Lex. Ant. Rom. I. p. 2. — *Flavia* g. in num., inscr., libris. In Fast. exstinct. Cf. Henop. 52. — Lex Flavia: Orell. On., Göttl.

32. Grut. 1132, 6. Romae. — *Fonteia* g. in Fast., num. (Font. Fontei. Fonteius), inscr., libris.

33. Mur. 1144, 6. Romae. — *Gallonii* in inscr. (Gallon., Orell. 1819 Galonius) et apud scriptores inde a Ciceronis tempore.

35. P. Herennius. 36. A. Herennuleius. 37. Julii. 38. L. Laberius. 39. Livius. 39a. Lucceii. 40. L. Lutatius 41. N. Ogulnius. 42. Plautius. 43. C. Plinius. 44. L. Poblicius. 45. Pomponius. 46. Pontius. 47. Purilius. 48. C. Quinctius. 49. Rivius. 50. Satrii. 51. Q. Sertorius. 52. L. Servilius. 53. P. Silius.

---

34. Grut. 950, 10 in agro Tusculano. — *Gellia* g. (cf. Drum. III.) in num. (Gel. Gell. *Γελλιος*), inscr., libris. In Fast. exstincti. — Lex Gellia Cornelia: Orell. On., Göttl.

35. Grut. 13, 6. Carpesae Hisp. — *Herennia* g. (cf. Göttl. 5) in Fast., num. (Herenni.), inscr., libris. — Lex Herennia: Orell. On.

36. Grut. 941, 7. Romae: *libertus;* in eadem inscr. 5 alii ex *Herennuleiis,* quos saepius deprehendes in inscr.

37. e. g. Mur. 1363, 13 Romae: *C. Julius Ab.* — Alios 6 Julios Abasc. quaere apud Mur. et Grut.

38. Grut. 323, 7. Eborae: *lib. Laberiae* cujusd. *Flaminicae municip. Eborensis.* — *Laberii* in inscr. et apud scriptores.

39. Mur. 1365, 7. Florentiae: *Libius* (fortasse Livius). — *Livia* g. in Fast., num., inscr., libris. — Legg. Liviae: Orell. On., Göttl.

39*a*. Reines. p. 1026, 26. via Appia: *M. Lucceius Ab., et Lucceius Ammaeus Ab., filius.* — De *Lucceia* g. vide infra n. 152.

40. Mur. 1547, 3. Romae: *patronus Lutatiae cujusdam.* — *Lutatia* g. in Fast., num., inscript., libris.

41. Grut. 813, 1. Romae. — *Ogulnia* g. in Fast., num. (Ogul. Oculn. Ogulnius), inscr., libris. — Lex Ogulnia: Orell. On., Göttl.

42. Orell. 4673 in civ. Oppidi: *Plautius, Ti. F., alumnus trimulus.* De alumnis v. Trajani epist. ad Plin. 10, 72. — *Plautia* g. in Fast. (Plautius), num. (Plautius, Plotius, Ploti., Pluti.), in inscr. et libris (Plaut., Plot.). Plautii et *Plotii* eodem quo Claudii et Clodii modo inter se differunt. — Legg. Plautiae s. Plotiae: Orell. On., Göttl.

43. Apian. (Inscr. sacros. vetustatis totius fere orbis conquis. Petr. Apianus et B. Amantius. Ingolst. 1534) 259, 1. Romae. — *Plinia* g. in inscr. et libris. In Fastis suppletis Cos. 100 p. Chr.

44. Orell. 4470 Peschierae, nunc Veronae. — *Poblicia* g. in Fast. et num. (Poblicius), in inscr. (Poblic. Public.) et apud scriptores (ubique fere Public.).

45. Mur. 1335, 2. Massiliae. — *Pomponia* g. (cf. Drum. V.) in Fast., num., inscr., libris.

46. Mur. 1163, 10. Romae. — *Pontia* g. (cf. Göttl. p. 5) in num., inscr., libris.

47. Mur. 1394, 10. Romae. — De *Puriliis* inveni et hunc et Puriliam Danaen ap. Mur. 1394, 10; C. Purellius Papia (i. e. cogn. Papia s. Papias, non tribu Papia, quae ficta) Augustalis apud Grut. 460, 9 et Orell. 3101 deprehenditur.

48. Orell. 1578. Aug. Taurinor.: *C. Quintius (Divo Trajano).* — *Quinctia* g. antiqua in Fast., et num. (Quinctius), in inscr. et apud scriptores (Quinct. Quint.).

49. Mur. 1772, 10. in agro Brixiano: *Rivius P. L.* — Hunc Rivium unicum cognovi prisc. saltem tempp.

50. e. g. *L. Satrius Abascantus* (al. Abascantius), cui Plin. Ep. 10, 6 a Trajano jus Quiritium petiit. Alium reperies Mur. 1384, 7. Romae. — *Satria* g. in inscr. et apud scriptores. Satrieni, ut videtur, ab illis oriundi.

51. Apian. 22, 6. Valentiae Hisp: *Q. Sertorius Q. L. VIvir Aug(ustalis).* De seviris Aug. v. Scholiastas Horatii ad Sat. 2, 3, 281. — *Sertoria* g. in inscr. et libb.

52. Mur. 1559, 2. Niciae. — *Servilia* g. in Fast. (Servilius), num. (Serveil. Serveili. Servil. Servili. Servilius), in inscr. et libris (Servilius). — Legg. Serviliae: Orell. On., Göttl.

53. Mur. 1278, 9. Romae. — *Silia* g. in Fast., num., inscr., libris. — De lege Silia v. Rein's Roem. Privatrecht p. 429.

54. C. Stertinius. 55. Q. Sulpicius. 56. L. Titinius. 57. D. Trebonius. 58. L. Turpilius. 59. Ulpii. 60. M. Valerius. 61. M. Verrius. 62. T. Vetulenus. 63. Q. Vibius. 64. Q. Volusius.

Abbas (Gen. atis). 65. M. Helvius.

Abda (Gen. ae). 66. Cornelius.

Abdacus. 67. C. Fidiculanius.

Abentius. 68. Aurelius.

Aberra. 69. L. Titius.

Abiletus. 70. L. Cassius.

Abinianus. 71. Vasellius.

Abinnaeanus. 72. C. Sallustius.

---

54. Mur. 979, 3. Romae: *C. Stertinius C. L. a ratione.* — *Stertinia* g. in inscr. et libris.

55. Grut. 944, 6. Romae. — *Sulpicia* g. pervetusta in Fast. et num. (Sulpicius), in inscr. et libris (Sulpic, Sulpit.). — Leges Sulpiciae: Orell. On., Göttl.

56. Grut. 474, 7 in agro Patavino: *L. Titinius IIvir.* — *Titinia* g. satis antiqua in num. (Titini.), inscr. et libris. In Fastis obliterati.

57. Grut. 710, 1. Vienn. Allobr. — *Trebonia* g. in num. (Trebo., Trebon., Treboni.), inscr., libb. In Fast. oblit.

58. Mur. 1757, 3. Aquileiae. — *Turpilia* g. in inscr. et libris.

59. e. c. Mur. 900, 7. Romae: *M. Ulpius Aug. L., tabularius oper(um) publ(icorum).* Alterum vidi in Pitisci Lex. I., custodem a commentariis. — *Ulpia* g. in inscr. et libris.

60. Mur. 1283, 11. Romae. — *Valeria* g. inter antiquissimas in Fast., num. (Val., Valer., Valeri., Valerius), inscr., libris. Cf. Henop. 52. — Leges Valeriae: Orell. On., Göttl, Peter (die Epochen der Verfassungsgesch. d. röm. Rep.) p. 21 sq. et Hüllmann (Röm. Grundverfassung) p. 319.

61. Mur. 867, 1. Neapoli: *M. Verrius M. L.* Hac in inscriptione > (i. e. centurio) Leg. III Cyrenaicae memoratur, de qua cf. Orell. Inscr. 832 e Trajani temp. — *Verria* g. in num. (Eckhel.: IIvir T. Verrius), inscr., libris. — Lex Verria: Orell. On.

62. Orell. 3911. Venet.: *T. Vetulenus T. L. IIvir.* — *Vetulenus* aut nomen gent. est seriore tempore usurpari coeptum aut cognomen, ipso gentilicio nomine omisso. Cf. Cos. 136 p. Chr. Sex. Vetulenus Civica Pompeianus. Alii Vetuleni in inscriptionibus nusquam praecedente nomine gentilicio.

63. Mur. 24, 3. Aquileiae: *IIvir Aquil(eiensis).* — *Vibia* g. in Fast., num., inscr., libris.

64. Mur. 1232, 3. Romae: *Q. Volussius, patronus libertorum etc.* — *Volusia* g. in num., inscr. et libris. In Fastis Volusii obliterati.

65. Mur. 1331, 4. Romae: *Cocceia Herais M. Helbio Abbati conjugi.* Et cognomina et b in Helb. serioris temporis homines f. christianos innuere videntur. — *Helvia* g. in num., inscr., libris; in Fastis obliter.

66. Grut. 970, 3. Narbone: *contubernalis Aebutiae cujusd.*

67. Mur. 1582, 11. Tumisii(?) in Sancti Francisci: *C. Lib.* Et hic *Fidiculanius* et C. Fidiculanius C. F. Arn(iensi tr.) Rufus et Fidiculania C. L. Hippolithe in eadem inscr.; praeterea C. Fidiculanius Falcula apud Quintilian. 9, 2, 7 et Cic. in aliquot orationibus.

68. Mur. 1423, 1. Aquileiae.

69. Mur. 2096, 4 et 5. Romae: *L. Titius C. F.* — *Titia* g. in num., inscr. et libris. In Fast. obliter. — Cf. Henop. p. 52, qui Titios et Tatios in una gente collocat. — Legg. Titiae: Orell. On.

70. Mur. 1652, 13. Romae; Grut. 906, 2 eundem habet, sed Abileum cognominat. — *Cassia* g. (cf. Drum. II.) perantiqua in Fast., num., inscr., libris. — Leges Cassiae: Orell. On. et Göttl.

71. Mur. 1356, 4. Pisauri: *Vasellius Abinianus,* qui unicus hujus nominis est, nisi praeferas scripturam Visellius. — *Visellia* g. in Fast., num., inscr., libris.

72. Mur. 1088, 1. Romae: *C. F. Pomp(tina tr.), evokatus Aug(usti) N(ostri).* — De evocatis v. I. Lipsii de militia Romana Lib. I. Dial. VIII. p. 52. — *Sallustia* g. in num., inscr. et apud scriptores. In numo apud Eckhelium V. p 299 „Salustius autor.“ Gerlach in editione Salust. oper. II. 1. p. 4 in optimis suis, Cortii et Gruteri codicibus nomen Salustii uno l scriptum esse contendit.

Abitus. 73. Aurelius. 74. C. Carmaeus.
Abortennius (enius). 75. Blicius. 76. D. Claudius. 77. Poblicius.
Abrio. 78. Valerius.
Abseus. 79. C. Arruntius.
Aburius. 80. Ti. Claudius. 81. C. Fufi-cius. 82. Ti. Julius.
Acacius Palatinus. 83. P. Accius.
Acanthus. 84. C. Antonius. 85. C. Julius.
Acastus. 86. P. Annius. 86a. M. Aurelius. 87. T. Rufellius. 88. C. Terentius.

---

73. On. 3548. Neapoli: *Aurelius Abitus* (Abitus fortasse idem quod Avitus, ut Mur. ubique) *mil. coh. X Pr(aetoriae), Bessus natus Reg. Serdica, vico Magari.* In lapidibus militaribus patria persaepe accuratissime, ut in hoc, refertur.

74. Grut. 724, 10. Celeiae. — *Carmaei* — nomen formatum ut Annaei — pauci inveniuntur: T. Carmaeus Finitus, in eadem inscr.; P. Carm. Sosthe, medicus VIvir Aug. apud Grut. 633, 3; Q. Car... Tert... et Q. Carm... Q. F. apud eundem 675, 3; praeterea M. Carmeius Probatus apud Mur. 1036, 1.

75. Grut. 579, 5. Romae: *Blisius (Blicius?) Abortennius, tricliniarch(a,* = architriclinus). Tricliniarchae rarissime memorantur in inscr. De his consule Senec. Ep. 47. Petron. Sat. 22. Ammian. 14. — *Blicios* duo praeter laudatum repperi: Blicium s. Blesium Taurinum ap. Grut. 1078, 6, et Blicium Catulinum ap. Tac. Ann. 15, 71 (66 p. Chr.) Nihil fere obest, quominus syncopen esse nominis Belliciorum statuas. Caeterum *Abortennius* quoque nomen est gentis, ex qua: C. Abortennius et Abortennia Flora ap. Mur. 1528, 8; Abortennia Festa ap. Grut. 664, 3 et P. Abortennius Priscus atque P. Abortennius Restitutus IVviri imperatore Hadriano Aug. apud Marin. 191. Praeterea vide duo sqq. De duobus in uno homine conjunctis nominibus gent. vide Göttling p. 5 et 6.

76. Mur. 1526, 8. Romae: *D. Claudius Abortennius.*

77. Mur. 924, 1. Romae: *Publicius Abortenius.*

78. Mur. 863, 9. in Hungaria: *libertus.*

79. Orell. 3629. Florentiae: *C. Arruntius A..ens oct(ogenarius* i. e. qui classiariis 80 praeest) *Lib(urna) Nereide.* Clemens Cardinalis in „Memorie Romane" 1, 2. p. 60. octoginta navium nomina exhibet. Cf. etiam Ruhnkenius „de tutelis navium" Opusc. p. 267. — *Arruntia* g. in num. (Arrunti.), inscr. et libris (Arruntius). Orell. 1258 Aruntium praebet. In marmore Capitolino anni 32 a. Chr. nil nisi ....ntius.

80. Mur. 689, 9. Fulginiae: *Ti. Claudius Ti. F. Stel(latina tr.) Aburius, Augur pullarius Leg. V. Augustae IVvir viarum.* Cf. Orell. 2456 de pullariis. — *Aburius,* h. l. cogn., ipsum est nomen gentis, quae nota est ex numis (Aburi), inscr. et libris.

81. Mur. 1346, 11. in agro Nepesino. — *Fuficia* g. in inscr. et apud scriptores.

82. Mur. 1519, 12. Romae: *Ti. Julius Ti. F. Clu(stumina* s. Crustumina vel Cluvia tribu) *Abburius.* De tribb. Rom. cf. Orell. Inscr. II. p. 11 sq.

83. Mur. 803, 1. Romae. — *Accia* g. in inscr. et libris. De nominibus Attiorum et Acciorum saepe confusis cf. Bähr: Gesch. d. röm. Lit. p. 80. — Accii distinguuntur Plauti, Atii vero Vari cognomentis, quae et Glandorpius et Panvinius commutant.

84. Mur. 1634, 9. Romae. — *Antonia* g. (cf. Drum. I.) in Fast., num., inscr., libris. — Leges Antoniae: Orell. Onom. et Göttl.

85. Mur. 1618, 1. Romae: *C. Julius Acant(hus).*

86. Orell. 2743. Romae: *P. Annius* ☽ (i. e. Cajae h. l. = Dominae) *L.*

86a. Marini 30: *M. Aurelius M. L.*

87. Mur. 1598, 10. Aquileiae: *T. Rufellius* (= Rubellius?) *T. L.* — *Rufellios* nonnullos (cf. infra 109) in inscr. tantum invenimus, Rubellios contra plures, qui, Consule 29 p. Chr. in Fastis obliterato, in numis, inscr. et a scriptoribus celebrantur. Nonnisi pronunciatione diversi esse videntur.

88. Mur. 1752, 1. in agro Spoletino.

Acatho (to). 89. M. Cloelius. 90. C. Quinctius.
Acathopus. 91. T. Flavius.
Acceptius. 92. Carisius.
Acceptus. 93. L. Atilius. 94. Julii. 95. D. Sallustius. 96. Q. Sattius. 97. M. Sulpicius. 98. Titius.
Accienus Carbo. 99. sine nomine gentilicio.
Accitus. 100 C. Aelius.
Accius. 101. Q. Marcius.
Acer. 102. Q. Plautius.
Acer Aper. 103. T. Crutonius.
Acerrior. 104. Appuleius.
Acestes (Gen. ae). 105. L. Calpurnius. 106. Q. Flavius.

89. Mur. 2080, 6. Capuae: *M. Cloelius Acato* (sine aspiratione) Correctius Agatho s. Agathon, de quibus infra. — *Cloelia* g. pervetusta (cf. Pauly Real-Encycl. T. II. p. 465) in num. (Clovli), inscr. (Cloelius, praeter Mur. 1036, 7, ubi Claelius) et libris (Cloelius, antique Cluilius). In Fastis 4 Cloelii obliterati.

90. Mur. 1463, 4. Romae: *C. Quintius Acatho.*

91. 1325, 10. extra Romam: *T. Ilavius Acathopus.* Scriptum aut scribendum fuisse T. Flavius Agathopus suspicor; nusquam enim alibi reperi Ilavios neque Acathopi s. Acathopodis cognomen.

92. Mur. 1184, 8. Katii (?) Leucorum (Belg.). Serioris temporis esse videtur haec inscriptio, peregrina certe apparent nomina in eadem caetera. — *Carisia* tamen gens Romana celebratur in num., inscr. et libris.

93. Grut. 240, 3. cf. n. 5 supra. — *Atilia* g. antiqua in Fast. (Atilius), num. (Atil., Atili.), inscr. (Atilius, Attilius) et libris. In Codd. Ciceronis semper fere Attilius. — Lex Atilia: Orell. Onom., Göttl.

94. e. g. Grut. 914, 3. Romae. Alios Julios Acceptos v. Mur. 1176, 10. Grut. 1037, 1.

95. Orell. 4208. Vasione (caput Vocontiorum in Gallia): *D. Salustius, cujus sepulturam opifices lapidarios curavisse* inscriptio indicat.

96. Mur. 1741, 2. Venafri: *Q. Sattius Q. L.* — *Sattii* multi, sed in inscr. tantum inveniuntur.

97. Grut. 955, 2. Mediolani: *M. Sulpicius M. F.*

98. Mur. 845, 6. Parmae; *veteranus ex Praet.* — Acceptoris nomen equis inditum est; cf. Grut. 342, ubi multa et equorum et, quos Angli hodie Jockeys vocant, auriga rum nomina cernere potes.

99. Val. Max. 6, 1, 13: *Accienus Carbo in adulterio deprehensus a Vibieno.* Accii progeniem significans in Accieni nomen transiisse videtur, simili ratione qua apud Anglos „son" additur nomini patris.

100. Grut. 345, 4. Hispali: *C. Aelius Quir(ina tr.) Accitus* i. e. Accito (h. Gadix) ortus.

101. Mur. 719, 6. Pisauri: *vici magister.* — *Marcia* g. (cf. Henop. 52.) longe antiquissima in Fast., num., inscr., libris. Aliquot inscr. ostendunt Martios.

102. Mur. 76, 12. Tibure: *Q. Plautius Scx. F. An(iensi tr.), tribunus.*

103. Mur. 1664, 12. Tarvisii (h. Treviso): *T. Crutonius T. F.* — Crutonius hic unicus ejusmodi nominis est. Critoniorum arbitror familiae adnumerandum esse, qui in num., inscr., libris nobis occurrunt.

104. Mur. 1572, 1. Amalphi: *Appuleius L. L. Acerrior.* Distincte scriptum est cognomen plane mirum. 36 Appuleios exhibet hic unus lapis omnes Luciorum Appul. libertos. — *Appuleia* g. in Fast. et num. (ubi p semper geminatur), in inscript. et libris (ubi Appulcius et Apuleius legitur). — Leges Appuleiae: Orell Onom., Göttl.

105. Mur. 1635, 3. Romae.

106. Apian, 285, 3. Romae.

Achaicus. 107. T. Manlius. 108. Mummii.
Achiba. 109. T. Rufellius.
Achilinus. 110. T. Julius.
Achilla. 111. Marcius.
Achillas (Gen. ae). 112. P. Acilius. 113. Cornelii. 114. L. Pontius. 114a. M. Ulpius. 115. M. Valerius.
Achilles (Gen. is). 116. Albucius. 117. Bellicius. 118. P. Petronius. 119. L. Septimius. 120. C. Valerius.
Achilles Romanus. 121. Q. Cotius. 122. L. Sicinius.
Achilleus (Gen. ei). 123. C. Aemilius. 124. C. Atius. 125. Aurelii. 126. A.

---

107. Grut. 241, 2. Romae (cf. n. 5 supra): *T. Manlius ..haicus.* — *Manliam* et *Maniliam* gentes, quae in libris haud raro confunduntur, habebis in Fast., num., inscr., libris. Offendes *Mallios* quoque in numis librisque, atque Mallios et Malios in inscr., qua variante scriptura una indicatur gens sed diversa a Manlia et Manilia gentibus. — De legibus Maniliis v. Orell. Onom. II. p. 217, de Manliis ibid. p. 219; cf. Göttl.

108. e. c. Aur. Vict. 2. 60: *L. Mummius Achaicus Cos. 106 a. Chr.* (cf. numus in Goltzii Fastis p. 141. Orell. Inscr. 563). Alius: Orell. 3567. Romae: L. Mumius Achaicus praef. coh. trib. mil. ab epist. T. Caesaris Divi Aug F. etc. — *Mummia* g. in Fast. et num. (ubi m semper geminatum) atque in inscr. et libris (ubi et Mumius).

109. Mur. 1598, 10. Aquileiae: *T. Rufellius T. L.*

110. Mur. 1387, 5. extra Romam.

111. Mur. 522, 1. Sarzanae.

112. Mur. 1123, 4. Romae.

113. Grut. 937, 5. Romae: *M. Cornelius Achillas et Cornelius Achillas.*

114. Grut. 851, 4.

114*a*. Reines. p. 852. Romae.

115. Mur. 1283, 12. Cortonae.

116. Mur. 154, 3. Mediolani. — *Albucia* g. in inscr. et libris, in his nonnumquam Albutius.

117. Orell. 497. Burghausen: *Juvavensis* i. e. ex Colonia Hadriana Juvavia (Norici). Cognomine Hadrianae auctorem coloniae indicante, noster Bellicius post a. u. 900 vixisse potest, id quod inscr. apud Grut. 255, 4, Septimio Severo a Juvavensibus dicata nobis innuere videtur. — *Bellicia* g. in inscr. et libris; in suppletis Fastis vide annos 124 et 143 p. Chr.

118. Orell. 3118, apud Falerienses effossa: *legatus in causa inter Firmanos et Falerienses imperante Domitiano Aug.* — *Petronia* g. (cf. Henop. 52) in inscr., num. et libris; in suppletis Fastis inde ab anno 37 p. Chr. — De lege Petronia v. Rein's Röm. Privatrecht p. 268.

119. Mur. 1435, 4. Salerni: *Sep(timius) Achilles;* et 1288, 12. Salerni: L. Sept(imius) Achilles; idem est — *Septimia* g. in libris et inscr. (in his interdum Septumius); in Fastis suppletis inde a decimo demum seculo.

120. Mur. 1605, 4. Romae.

121. Val. Max. 9, 2, 21: *legatus Consulis Q. Metelli in Celtiberia.* — *Cotia* s. Cottia g. in inscr. et libris.

122. Gell. N. A. 2, 11. *Sicinius Dentatus, Achilles Romanus* ob ingentem fortitudinem appellatus. Cf. Val. Max. 3, 2, 24. Dionysius Siccium, Plin. H. N. 7, 29 Sicium eundem vocant. — *Sicinia* g. perantiqua in num., inscr. et libris. Nomen Consulis 484 a. Chr. temporum iniquitate in marmore Capitolino exstinctum. — *Siccia* s. Sicia g. in inscr. et libris.

123. Grut. 900, 10. Tarracone: *C. Aemilius Achillaeus* (Camillus Aquileus mscr. Foucaltii, qui certe falsum vidit).

124. Grut. 759, 10. Nemausi: *C. Attius Achilleus.* — De *Attiis* v. supra n. 16, de *Acciis* n. 83. Cf. *Atteia* g., quae non solum in inscr. et libris (Ateius, Atteius), sed etiam (Atteius) in num (v. Thesaur. Morellian. s. XII priorum Impp. numism. delineata ab Andrea Morellio. Amstel. 1752. Tom. I. p. 453) legitur; in Fastis Cos. 5 p. Chr. obliteratus.

125. e. g. Grut. 785, 1. Romae: *M. Aurelius Achilleus.* Alii Aurelii Ach. apud Mur. 1521, 14 et alibi.

126. Grut. 725, 3. Beneventi. — *Castricia* g. in inscr. et libris.

Castricius. 127. L. Fenius. 128. Ulpii. 129. Valerii.

Achiostus. 130. L. Domitius.

Achrysus. 131. Valerius.

Acidinus. 132. Ti. Claudius. 133. Manliorum familia.

Acidinus Fulvianus. 134. L. Manlius.

Acila. 135. Septimius.

Acilianus. 136. Ti. Aelius. 137. C. Aquillius. 138. L. Julius. 139. Minucius. 140. Postumii.

Acilius. 141. Claudius.

Acilleus. 142. Fabius.

Acimus. 143. P. Pisentius.

Acindynus. 144. Volusii.

Acisculus. 145. L. Valerius.

---

127. Grut. 782, 10. Romae — *Fenia* s. *Faenia* g. in inscr. et libris (cf. Tac. Ann. 15, 50).

128. Mur. 1423, 8. Romae: *M. Ulpius Aug. L.* — Alius M. Ulpius Ach. ibid. 919, 5.

129. e. g. Mur. 856, 4. Romae: *C. Valerius Mil(es) cl(assis) Pr(aetoriae) Misenens(is) IV Fortun.* (i. e. quadriremis, cui nomen Fortunae) *natione Aegyptius.* Alius *M. Valer. Ach. lictor proximus* Orell. 3218. Romae. Cf. Grut. 630, 6. 1126, 3.

130. Mur. 1534, 12. Interamnae.

131. Mur. 1412, 14 (cf. nota) extra Romam.

132. Mur. 1607, 2. Florentiae: *Ti. Claudius Ti. L. Acidinus.*

133. e. g. Liv. 26, 23 sq. *L. Manlius Acidinus,* Praetor 210 a. Chr. Ceteros quaere apud Liv., Cic. et alios.

134. Fast. Consular. 179 a. Chr.: *L. Manlius L. F. L. N. Acidinus Fulvian.;* Anonym. Noris.: *Fulviano;* Fasti Siculi: *Ἀκιδίνου.* Filius est Q. Fulvii Flacci, adoptatus a L. Manlio Acidino. Cf. Or. Inscr. 70 et Liv. 40, 34: *IIIvir Aquileiae coloniae deducendae* 181 *a. Chr.*

135. Mur. 494, 4. Romae.

136. Mur. 774, 7. Romae: *eques singularis turmae Verissimi.* Si hic Verissimus idem est cum illo speculatore legionis a Grutero 169, 7 memorato, noster T. Aelius ad a. 229 p. Chr. pertinet. De equitibus singular. cf. Orell. Inscr. 3409. 3415. 3416. 1576. Aureliani Imp. eques triplarius laudatur Orell. Inscr. 489.

137. Mur. 937, 13. Romae: *C. Aquilius Acilianus, studiolus statualis* (statuarii cujusd. discipulus?) — *Aquillia* g. antiqua in Fast. (Aquillius), num. (Aquillius, rarius Aquilius), in inscr. et libris (saepius Aquilius). — Lex Aquillia et Aquillianae formulae: Orell. Onom. et Göttl.

138. Grut. 421, 1. Romae: *L. Julius Trom(entina tribu) Ac., gladiatorii muneris publici curam suscipit* 135 *p. Chr.*

139. Plin. Epp. 1, 14. 2, 16: *Minucius Acilianus, quaest., trib., praet.* etc., cujus pater Minucius Macrinus, avunculus P. Acilius, *Trajani temp.* — *Minucia* g. perantiqua in Fast., num., inscr., libris; in inscr. interdum Minutius. Minucii et Minicii (Mincii) haud raro confunduntur. — Lex Minucia: Orell. Onom.

140. Orell. 2716. 2717 in Cumbria: *P.* (&) *Paullus Postumii Aciliani, Praeff. Coh. I. Delmatarum.* De hac cohorte videsis Orell. Inscr. 2153 ex Hadriani tempore. — *Postumia* g. in Fast., num., inscr., libris. Orell. 3190: Postimius.

141. Grut. 344, 1. Allifani: *nepos Acilii Glabrionis* a Domitiano 77 p. Chr. exilio multati.

142. Mur. 1522, 1. Romae. — *Fabia* g. longe vetustissima (cf. Plut. Fab. Max., Dionys. 1, 31. Niebuhr I. p. 337. 351.) in Fast., num., inscr., libris. — Leges Fabiae: Orell Onom.

143. Mur. 1271, 13. Eugubii. — Mur. tres alios *Pisentios* et Sex. Pisonium habet, Marini C. Pisinnium Maximum.

144. Grut. 109, 6. Romae: *L. Volusius Acindynus pater, L. Volusius Acindynus filius.*

145. Apud Eckh. V. p. 330 sq. in compluribus numis: *L. Valerius Acisculus* (Cf. Quintilian. Inst. orat. 6. 3, 53); in uno autem: L. Valerius *Aciscolus.*

Acmaeus. 146. L. Valerius.
Acmazon. 147. P. Audasius.
Acoemitus. 148. A. Postumius.
Acolutus. 148a. A. Sergius.
Acontianus. 149. Ti. Claudius.
Acoris Eros. 150 T. Flavius Turcilius.
Acraba. 151. T. Flavius.
Acrabanus. 152. Q. Lusius.
Acratus. 153. C. Julius. 154. C. Plaetorius. 155. L. Valerius.
Acrilis. 156. Apollonius.
Acristus. 157. Titinius.
Acro. 158. Valerius.
Acrus. 159. P. Cominius.
Actarius. 160. Pontii.
Actiacus. 161. Q. Atilius. 162. Ti. Claudius.

---

146. Grut. 662, 1. Romae.

147. Grut. 368, 7. Modetiae agri Mediolanensis vico: *VIvir Aug(ustalis) Mediol(anensis).* Habes hic sevirum Aug. in municipio. — *Audasii* passim memorantur in inscr. et libris (cf. Sueton.)—

148. Orell. 2500. Mur. 2019, 6. Placentiae: *doctor myrmillonum.* De myrmillon., gladiatorum genere, cf. praecipue Orell. Inscr. 2566 et Pitisci Lex. II. p. 244.

148*a*. Marin. 62: *A. Sergius A. L.* — *Sergia* g. vetusta in Fast., num., inscr., libris.

149. Orell. 3396: *Ti. Claudius,* cujus filius Ti. Claudius Quir. Telesinus, centurio leg. XI Cl(audiae) P(iae) F(idelis) et Leg(ionis) XXII Deiot(araniae).

150. Grut. 975, 10. Scrofani: *T. Flavius Acoris Turcilius* (Tuscilius?) *Eros.* — *Tuscilii* memorantur in inscr. et Plin. Epp.

151. Mur. 901, 4: *Aug. libertus, decurio ostiariorum.* Cf. Guil. A. Beckeri, Viri doctissimi liber: Gallus od. Röm. Scenen aus d. Zeit August's: Notae ad scenam I.

152. Orell. 1695. Narbonae: *VIvir.* — *Lusia* s. *Luria* g. (cf. Caepasii, Caeparii; Fusii, Furii; Papisii, Papirii; Vetusii, Veturii) in inscr. et libris. Lysius ap. Orell. 1695. A Lusiis s. Luriis (cf. Eckh. V. p. 239 et Morell. I. p. 25. in aeneis Augusti: P. Lurius Agrippa) sejunge, quos inscr. et libri exhibent, *Luscios, Luccios* (Lucios), *Lucceios.* (Scripturam Luceius falsam judicat Oudendorp. ad Suet. Caes. 19.; attamen in inscr. quoque Luceius legitur, cf. Orell. 2189. 4033).

153. Mur. 605, 1. Romae: *C. Julius C. L.*

154. Grut. 304, 4. in Aequicolis: *C. Plaetorius C. L.* — *Plaetoria* g. in num., inscr. et libris; in his Plaetor. et Plectorius; Quintilian.: Pletorius. Interdum PLAETORIUS = P. Laetorius. *Laetoria* g. in Fast., num., inscr., libris. — Leges Plaetoriae: Orell. Onom. et Göttl.

155. Orell. 2814. in villa Pelucchi: *filius L. Valerii* cujusdam *Capitolini.*

156. Mur. 1617, 23: *Apollonius Acrilis, inter libertos Liviae Augustae.* In similem vel parem juris conditionem atque hic erat recipias plerosque Apollonios Romae degentes. Sunt insuper peregrini.

157. Grut. 474, 7. Patavii: *Titinnius Acr., libertus.*

158. Grut. 476, 3. in Lusitania. — De (Helenio) Acrone, Horatii Scholiasta v. Baehr p. 109 & 236.

159. Mur. 1531, 8. Romae: *contubernalis Cominiae Psycharionis.* — Contubernales non solum servi servaeque (cf. Becker l. l. p. 14. Rein l. l. p. 186), sed etiam libertae (cf. Orell. Inscr. 2848) audiunt. Honestiore contra conjugum nomine saepissime utuntur servi, cf. Orell. Inscr. 2846. Contubernalis alios quoque significatus habet e. g. militarem. Cf. Pitisci Lex. — *Cominia* g. in num. inscr. et libris. Cos. 501 & 493 in Fastis obliteratus.

160. e. c. Mur. 1634, 4. Romae: *L. Pontius.*

161. Mur. 1639, 3. Ferrariae: *Q. Atilius Q. F. Rom(ilia tribu) Act.* — Romilia tribus rarius memoratur in inscriptionibus.

162. Mur. 903, 7. Romae: *Aug. libertus a rationi(bus).*

Actianus. 163. Nonius.
Actius. 164. Claudii. 165. C. Julius. 166. L Mamilius. 167. C. Terentius.
Actius Unicetus. 168. C. Ummidius.
Actor. 169. Junius.
Actus. 170. C. Junius. 171. M. Plautius. 172. C. Terentius.
Aculeo. 173. C. Furius. 174. C. Visellius.
Acutianus. 175. M. Cornelius. 176. C. Didius. 177. Sextilius. 178. Ursacius.
Acutianus Justus. 179. M. Cornelius.
Acutius. 180. Q. Atius.
Acutus. 181. T. Aelius. 182. C. Arte-

---

163. Tac. H. 4, 41: *Nonius Actianus, inter delatores Neronis.* — *Nonia* g. in Fast., num., inscr., libris.

164. e. g. Orell. 3119. Smyrnae: *Τι. Κλαυδιος Ακτιος*, 139 *p. Chr.* Alius *Ti. Claudius Actius Divi Claudii L., honoratus curator Germanorum:* Orell. 2909. Mur. 119, 1.

165. Grut. 1035, 10. Romae: *Aug. libertus.*

166. Mur. 201, 2. — *Mamilia* g. in Fast., num., inscr., libris. — Leges Mamiliae: Orell. Onom. et Göttl.

167. Mur. 1408, 6. Florentiae. Cf. Grut. 832, 7 et Mur. 1562, 6, ubi Acti, sed in fine versus, sine dubio Actius mutilatus.

168. Mur. 658. 3. Puteolis: *pantomimus.* — *Ummidia* g. in inscr. et libris. Cf. Quadratus (cogn. Ummidiorum) apud Eckh. V. p. 343.

169. Orell. 4688. Locus ignotus.

170. Grut. 1133, 2. Romae.

171. Mur. 76, 12. Tibure: *M. Plautius M. F. Aniensis* (i. e. Aniensi tribu). Nota hunc casum nominis tribus rarius usurpatum.

172. Mur. 1752, 2. Romae.

173. Liv. 38, 55: *C. Furius Aculeo, quaest. Scipionis* 187 *a. Chr.* — *Furia* g. pervetusta (primis reip. temporibus Fusia) in Fast., num., inscr., libris. Numi exhibent etiam Fovrios. — Leges Furiae et Fusiae (jubente Zumptio V. D. omnis antiquitatis peritissimo sic scribend.): Orell. Onom. et Rein. l. l.

174. Cic. de Orat. 1, 43, 191. 2, 1, 2 sq.: *C. Aculeo, eq. Rom.*, pater est oratoris C. Visellii Varronis (Cic. Brut. 76, 264), ergo ipse Visellius neque Furiis adscribi debet ut Glandorpius vult in Onomastico Hist. Rom. p. 367. — *Visellia* g. in Fast., num., inscr., libris.

175. Grut. 397, 2. Romae.

176. Orell. 1873. Grut. 82, 8. Patavii: *C. Didius Acutianus* Isidi signum Harpocratis don. ded. Cf. Orell. Inscr. 714, ubi ex anno 51 p. Chr., et Grut. 83, 2, ubi ex Vespasiani tempore Isis laudatur. — *Didia* g. in Fast., num., inscr., libris. — Leges Didiae: Orell. Onom. et Göttl.

177. Orell. 3119: *Sextilius* 139 *p. Chr.* — *Sextilia* g. in num., inscr. et libris. In Fastis Tr. mil. cons. pot. 379 a. Chr. obliteratus.

178. Grut. 515, 20 Aug. Vindelicorum: *Ti. Acutianus Ursacius, veteranus.* Inferioris aevi mihi esse videtur. — *Ursacii* tres memorantur in inscr., *Ursanii* in libris.

179. Grut. 397, 2: *M. Cornelius Justus Acutianus*, pater M. Cornelii Acutiani supra (n. 176) laudati, *VIvir, quaestor alimentorum.*

180. Mur. 1515, 6. Nemausi: *patronus.*

181. Mur. 1291, 9. Romae.

182. Mur. 1519, 10. Hispali. — Hunc et in numo Goltzii *Arterium* medicum Augusti (qui in libris etiam Artorius scribitur), repperi, *Artorios* autem passim in inscr. et libris.

rius. 183. T. Catius. 184. Ti. Claudius. 185. C. Cornelius. 186. C. Fannius. 187. P. Petronius. 188. L. Terentius. 189. Travius. 190. Sex. Tutilius. 191. P. Vetilius. 192. P. Virius.

Acutus Justinus. 193. Pupius.

Acyndinus. 194. Ambivius. 195. P. Annius. 196. T. Volusius.

Adaeus. 197. Q. Avilius.

Adamas. 198. L. Licinius.

Adauctus. 199. Aurelius. 200. Carisius. 201. M. Furius. 202. Q. Licovius. 203. P. Sallustius. 204. M. Ulpius. 205. C. Vibidius.

Adelphus. 206. T. Rustius. 207. C. Titinius.

---

183. Grut. 967, 7. Narbone: *T. Cattius Teucri* (libertus?) *Acutus.* — *Catia* gens apud scriptores et (Catius, Cattius) in inscr. Inde Catieni derivandi.

184. Orell. 4369. in villa Pinciana: *aedituus aedis Concordiae.* De aedituis consule Varr. de L. Lat. 6, 2.

185. Mur. 24, 8. Brixiae.

186. Glandorp. Onom. p. 335 e Scardeonio: *C. Fannius C. L. Acutus,* cujus patronus C. Fannius C. L. (et ipse libertus!) Felix. — *Fannia* g. in Fast., num., inscr., libris. — Lex Fannia Orell. Onom. et Göttl.

187. Mur. 1725, 3. Romae.

188. Grut. 472, 6. Patavii: *Conc(ordialis) Aug(ustalis).* Concordiales nonnisi Patavii reperiebantur. Cf. Pitisci Lex. et Inscr. apud Orell. 1165. 2384.

